Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.
Wien, 1799 Seite 607
Quelle:
Copyright:

Brevis illa: *Nuper cum pariter essemus* &c. quae extat T. *cit. col.* 130. De *Alleluia*, *Amen*, et *Maran atha.*

XX. *fol. eod.* p. 2. *Liber S. Jeronimi contra Ruffinum.* Videlicet *Tertius*, cui in fine additur *Epistola* (seu Apologia) *Ruffini monachi ad Anastasium papam*, ut addita est etiam apud *Vallars.* T. II. *col.* 531. — 576. Init Opus: *Lectis literis prudencie tue* &c. et Epistola: *Audiui quosdam cum apud beatitudinem tuam* &c. Textus plerumque fincerus.

XXI. *fol.* 269. *Incipit prefacio Domini Eusebij Sophronii Jeronimi in libro locorum ab eusebio pamphili cesariensi episcopo prius edito quidem in greco Sed a prefato postmodum diligentius ad latinum stilum translato.* Ita: *Eusebius qui a beato pamphilo martire cognomentum sortitus est* &c. Ipsius *Eusebii* Praefatio deest. Opus infit: *Ararat armenia. Siquidem in montibus ararat* &c. prout legitur edit. saepe *cit.* T. III. *col.* 126. Post ultima verba: *victimas iuxta fontem rogel*; sequitur minio: *Secuntur nomina regionum atque locorum de actibus apostolorum*; Libellus *Bedae* potius, quam *Hieronymo* tribuendus, utpote in quo citetur ipse *Hieronymus*, et *Saracenorum* fit mentio, licet in multis Mss. hic loci adnexus reperiatur; referatur vero a *Vallarsio* in *Append.* T. *cit. col.* 721. *Acheldema ager sangwinis qui hodieque* &c.

XXII. *fol.* 292. praevio *Capp.* Elencho Libri II. *Retractationum S. Augustini*, ut habentur edit. *Maur.* T. I. *col.* 1. Initium: *Jam diu est, ut facere cogito* &c. Finis: *alios a me dictos retractare cepissem.*

XXIII. *fol.* 323. p. 2. *Incipit liber eiusdem de diuinacione demonum.* Ut T. VI. *col.* 505. Initium: *Quodam die in diebus sanctis octauarum* &c. Finis: *quantum dominus adiuuat respondebimus.*

XXIV. *fol.* 328. Tractatus dogmaticus hoc ingressu: *Quoniam scriptum est et apostolice discipline robustissima auctoritate firmatum* &c. Est *Augustini de Fide et Symbolo* prostans T. *eod. col.* 151. et desinens: *corde mundato quod credunt intelligant.*

XXV. *fol.* 333. p. 2. *Sequitur sermo Augustini in communibus sermonibus vocatis breuiarium ad populum per circulum anni et est in ordine* XXXI. Ita inscribitur Sermo nunc positus in *append.* T. V. *col.* 397. cujus initium: *Queso vos fratres karissimi ut nobis reserantibus* &c. et pars posterior e genuino Sermone *Augustini* T. *eod. n.* CCXII. *col.* 938. depromta est.

XXVI. *fol.* 334. p. 2. *Omelia sancti Augustini de symbolo et deitate et omnipotentia patris.* Incipit: *Ostendimus, ut vestra certe dilectio recordatur* &c. et rejecta est in *append.* T. *cit. col.* 390.

XXVII. *fol.* 335. p. 2. Sermo Autoris mihi non comperti, qui Filium Deo Patri consubstantialem propugnat, hoc insolito ingressu: *Gratia uobis et pax a deo patre et filio et spiritu sancto ad-*

sistat